



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Apologia Explicationis Gavsarvm [!], Cvr Cvm Gregorio à  
Valentia Hispano, Iesuita Ingolstad. de hominum  
mortuorum, Statuarum, Imaginum, &c adoratione, non sit  
amplius disputandum: Et Refvtatio ...**

**Heerbrand, Jakob**

**Tvbingæ**

**VD16 H 960**

VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36573**

simplices quoscūq; quasi aureis sensibus, & eloquijs argenti splendere fulgentibus, imperitorum obstringentiaciem, & à suis inventoribus sublimantur, in quibus nulla est utilitas, & quorum cultura propriè gentiis, & eorum, qui Deum ignorant. Hactenus ille. Quibus subiūctio 45. Ex his D. Hieronymi testimonijs, quæ colliguntur corollaria contra Hispanum 1. dogmata & opiniones veritati cōtrarias, Idola dici 2. cultus ab hominibus fictos vanos esse, Idololatriam & simulachrum humani cordis. 3. Non per tropum hæc, sed propriè esse Idololatriam, & quidem Gentium. Gentium autem non Metaphoricè, sed propriè Idola coluerunt vericūq; non Metaphorici, fuerunt Idololatræ. 4. Picturam valdè artificiosam ordinis Iesuitici, in postremum hoc eius testimonio.

Quod si hæc tibi displicent Iesuita, cum non sint (quid enim ego sentiã de Idololatria, tum hoc locum alibi scripsi, repertui, probavi illustribus testimonijs S. S. Scripturæ, & Patrum, in primis Augustini) sed Hieronymi: cum hoc exoptules, licet. Et dogmata aut hæretica, falsa cūq; cultus item vanos, à Pontificibus fictos, simulachra humani cordis, siuè cum Hieronymo propriè, siuè, quia ita tibi placet, impropriè dicta appelles. Modò constet omnibus, iniuriam à te mihi fieri luculētam, quòd me ἀντιλογίας, & pugnantia scripsisse iniuste fingas.

## VII.

Septimam causam, cur non ausus fuerim amplius secum congregari, fingit Hispanus: quod falsarij crimen mihi à se obiectum, diluere non potuerim. Nec ostendit

à me fideliter allegata. Novum crimen & atrox  
 mihi intentatum, quod exemplis aliquot demonstrare  
 solentur: sed eadem fide ab ipso mihi obiecta, qua præ  
 sentia, hoc est, mala, imò pessima. Id demonstrandum  
 est. Primum quòd dixerim: Eccius scripsisse, inuocatio-  
 nem mortuorum verbo & mandato Dei carere. Cum  
 hæc tantùm apud illum inueniantur verba: explicitè  
 non est præcepta sanctorum inuocatio in sacris literis.  
 A me verò falsarij crimen admissum, nemo vir bonus  
 pronuntiabit, cum non verba, sed sententiam, non ma-  
 la, sed bona fide retulerim. Si enim in Sacris literis non  
 est præcepta sanctorum inuocatio: ergo verbo & man-  
 dato Dei caret. Sed intelligo quid velit Hispanus, re-  
 spicit enim ad vocabulum EXPLICITÈ. Vnde cuperet  
 inferre, ergo implicitè. Sed non audet hoc Eccius tribu-  
 ere. Ibi enim in sequentibus, prorsus reticet hoc im-  
 plicitè Eccius, & aliunde, quàm ex scripturis sacris,  
 probare eam conatur, de quo paulò pòst, ne sit tibi mo-  
 lesta Hispane.

*Disput. de Idolo-  
 latria prop. 117.*

Ideoq; Hispanus Rabulam se, & calumniatorem  
 se docet, qui præstigijs quibusdam suorum (apud  
 nos nostra scripta sunt proscripserunt) oculos præstringe-  
 re conatur. Respondi ad hanc calumniam etiam antè,  
 si dixisset: Me comminisci, sanctorum inuocatio-  
 nem verbo Dei omninò non approbari, & rogavi, vt  
 Hispanus ex Scriptura sacra, sententiæ eius ge-  
 nera, & non detorta, inuocationem mortuorum homi-  
 num ea approbari, doceat vnico testimonio, id quod  
 dicere sit impossibile. Et quemadmodum hæctenus  
 probare non potuit: ita nec in aeternum præstabit vnquã.  
 Notandum autem est, quod Hispanus hoc, quod ab ipso  
 petieram

*Spong. 106.  
 fol. 47.*

petieram, cum facere non potuisset, iam hinc pro pudentia sua Idolomania in mortuorum inuocatione, promissa tam Ecclesij, quàm communis erroris defensione, addit.

» Intellexit enim ille Ecclesius, cum esset eruditus, verum Dei latius, quàm expressas Scripturas, patere. Quia in alio suo quodam contra me scripto loquitur, Deo verbum, non tantum literis, sed etiam Ecclesie voce sonare, quod, inquit, non negatur, nisi ab hæreticis. Hoc, scilicet, est sapere, hoc est eruditum esse, intelligere traditiones humanas, hæ enim sunt verbum Dei non scriptum, imò, quicquid Pontificij, imprimis Iesuitæ credunt, scribunt, sentiunt (Hi enim nomine Ecclesie Catholice veniunt) id verbum Dei esse non scriptum, præsertim ad pietatem vim & auctoritatem, cum Scriptura habere, tam latè enim illis patet verbum Dei. Cum igitur Ecclesia Pontificia, sentiat, credat, scribendo, doceat, mortuos esse inuocandos: Non ergo verbo Dei mandato Dei caret sanctorum inuocatio, quod tu Hebræo dicis. Atque ita, inquit Hispanus deprehendit lector, quantus sis amicus veritatis. Ita scilicet tractandi sunt Hæretici: Hæc an non Euclideanis sunt demonstrationibus? Vtiq; sic enim ut diximus scripsit, Hæc nemo nisi Hæreticus negabit. Quemadmodum etiam hinc addit: Verbum Dei latius patere quàm expressas Scripturas, tu non credis, quia ut antè significauimus, ex eorum grege es, qui soli hoc non credunt, nisi mirum Hæreticorum. Hactenus Hispanus. Itaque bene sum contemptus.

Quid si autem, Hispane, te ipsum eius, cuius me criminis arguis, reum esse, & quidem in hoc ipso loco Ecclesij te verba & sententiam corrupisse, euincam? Aggredere periculum

culum faciamus. Probare Eccij verbis, & sententiaris, eum non dicere, sanctorum inuocationem verbo & mandato Dei carere, etiamsi dixerit, eam ex auctoritate in sacris literis non praecipiam.

Quare Intellexit enim ille, inquis, cum esset eruditus, verbum Dei latius, quam expressas Scripturas, patere. Atqui hoc ipsum te comminisci (vt verbo tuo utar contra te) aio, & affingere Eccio, alienumque hoc loco proorsus a mente eius esse sic proba. Quia statim aliam, & quidem hanc subiicit rationem, vnde nempe Ecclesia didicerit, sanctos esse inuocandos, videlicet ex miraculis, & sanctorum auxilijs, quae senserunt & experientia sunt inuocantes, verba eius haec sunt. Noluit ergo Spiritus sanctus expressis scripturis docere uenerationem sanctorum: sed eiusmodi firmatos in fide, docuit per miracula, & sanctorum auxilia, fuis ad illos precibus, illos uenerandos. Audis Hispane, non ex verbo Dei, latius patente quam Scriptura, quod tu contendis, sed per Miracula, & sanctorum auxilia (si Dijs placet) mortuorum illic ab Eccio probatur inuocatio. Non ego falsarius sum ego, sed tu, Hispane, *ἐπιμαρτυροῦμαι* deprehensus. Atque ita deprehendet lector, quantus tu sis veritatis, qui verum nihil scribere potes, sed ad inuocantem, impietatem, Idololatriam defendendam, & inania recte & vere dicta deprauandum, peruertendum, corrumpendum, natus, factus, fictus. Tædet itaque me in ista bestia, eiusque mendacijs detegendis, atque in lucem proferendis, conflictando, tempus perdere. Sed quid facias eiusmodi monstro, & inanis gloriae mancipium, quod de silentio nostro trophæa pro inuocantibus erigere conatur? Præter meam itaque uoluntatem

F adhaec

adhæc odiosa certamina pertrahor. Sed stulto respondendum erat, ne sibi sapere videretur.

Volunt videri Iesuitæ, subtilius errores, reliquos Pontificijs, pingere posse, quos tamen communes habent omnes, & quantumuis crassos & enormes defendere conantur, ideò turpius se dāt, vt hoc loco Hispanus, inuocationem sanctorum ab Eccie ex verba Dei probatam, asserit. Qui Scriptura eam probari non posse affirmavit. Hic pictor, vt videtur, ingeniosus, Inquit, quia vir doctus fuit Eccius, non ignorauit verbum Dei latius patere quàm Scripturas S. Quàm hanc suam prodit non stoliditatem modò, sed improbitatem ac impudentiam insolentem. Nihil horum Eccius, hinc Miraculis eam probare instituit. Pudeat itaq; suæ stultitatis Hispanū, qua homines demētare cupit. Sed hoc suū habet. O ergo non miserū solū, sed & infœlicem Hisp. infœlicis Ecclesie etiam suæ sydere, ad mendaciam, impietatem, Idolomaniam, pallianda natum, quæ tamen malè tegit, ita vt stultitia ipsius cum malicia coniuncta innotescat, seq; deridendum propinet omnibus.

Huius similis est Hispani calumnia, cum inquit, me asserere, Concilium Tridentinum ponere: Vnum & idem esse Eucharistiam, & Christum: Cum tantum, inquit, definiat, IN EUCHARISTIA esse præsentem Christum. Respondeo. Primū, non dixi, Concilium id ponere, sed MENTIRI, Hispane, Concilii tabulum: quod repeto. Respexi non ad verba Hispani, quæ nulla citauit, sed ad sententiam illius. Et si enim non totidem & iisdem verbis vtatur illud: Vnum & idem sunt, Eucharistia, & Christus: tamen hæc mens est illius

& sententia, quæ ex verbis colligitur, cum annihilat substantiam panis & vini dicunt in Eucharistia, & nihil remanere in illa, nisi Christum. Ergo Eucharistia & Christus idem sunt: quia in illa nil nisi Christus. Unde conciliabulum decernit: Divinos, & soli Deo debitos honores, Eucharistiæ adhibendos, dicentes: Nullus itaq; dubitandi locus relinquitur, quin omnes Christi fideles, pro more, in Catholica Ecclesia semper recepto, Patriæ cultū, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento, in veneratione adhibeant.

Vbi etiam obiter notanda probatio, vnde & cur cultus Patriæ, soli Deo debitus, Sacramento Eucharistiæ adhibeatur, mos scilicet in Ecclesia receptus.

Quod verò Hispanus negat, se suumq; Conciliabulum, solam & nudam Christi in Eucharistia præsentiam statuere, eò quòd accidentia remanere asserant: *Spong. fol. 22.* Tam antea respondi, nec Philosophicè neque Theologicè hoc verum esse, sed portenta verborum esse, quæ de accidentibus sine subiecto per accidens adoperandis nugentur. Cum enim accidentia non nisi in subiecto sint, & illorum esse, sit inesse: Nullum verò subiectum hinc esse aut manere contendant isti novi dogmatistæ: Ideo nec accidentia adesse possunt.

Nam quod per admirabile id fieri miraculum fingunt, figmento non probato, fides illis non debetur. Quare idem illis est Eucharistia & Christus, cum præter hunc nihil isti in ea habeant. Habes responsum, Hispane, ad illud, quod adeò improbè, vt alia quoque, dicebas.

Quod 5. loco mihi objicit: Mala fide à me Augustini *Spong. fol. 8.* & verba citata, quòd dixerim: Manifesta esse Augustini *Id. 8.*

gustini verba, fornicationem illam Israelitarum cum Ephod, genus quoddam Idoli fuisse, & à Deo defectio- nem, quod extra Tabernaculum fecerit Gedeon ali- quid simile illius Ephod, ubi Deus coleretur, nec me diluere potuisse. Hoc enim, inquit Hispanus, peccatum fuisse dixit quidem absolute Augustinus, non autem fuisse Idololatriam. Respondeo. Me vehemèter dubitare, num satis mentis compos sit Hispanus, an verè potestate excesserit. Nemo enim sanæ mentis hæc dicere & facere potest, quæ Hispanus. Age itaq; videmus & audiamus ipsum Augustinum loquentem, et verba sua recitantem, quæ ita habent: Hoc ergo illicitum cum fecisset Gedeon, fornicatus est post illud omni Israel, id est, sequendo illud contra legem Dei. Vbi frustra quæritur, cum Idolum non fuerit, id est, cultum Dei falsi, & alieni simulachrum: sed Epod, id est, de Sacramentis tabernaculi, quod ad vestem Sacerdotalem pertineret: Quomodo fornicationem Scriptura dicit populi, ista sectantis atq; venerantis: Ideo scilicet, quod præter Tabernaculum Dei, ubi erant ista quæ sibi fieri iusserat Deus Israel, extra aliquid simile heri- phas non erat. Ideo sequitur, & dicit Scriptura: Et factus est Gedeon, & domui eius in scandalum, id est, ut ab offenso Deo discederet. Quia & hoc quoddam genus Idoli quodammodo erat, quod extra Dei Tabernaculum quodlibet manu factum, pro Deo coleretur, &c. Repeto itaq; Hispane, & dico, manifesta esse Augustini verba, ut iam auditum est, apertè dicentis, quoddam idoli genus esse. Temerè itaq; & impudentissimè negas, Idololatriam fuisse ab Augustino dictam. Quod verò apud eundem sequitur, (quæ verba allegat iste:) ut hæc

Questionum super Iud. cap. 41.

NOTA BENE.

Hispane, cultus præter uerbi Dei rationem institutos, ab Augustino fornicationem, hoc est, Idololatriam dici. Quod tu semper negasti.



ne sit peccatum Gedeon, quòd extra Dei Tabernacu-  
m faceret aliquid simile, vbi coleretur Deus, non  
sed solido auro velut ad adorandum constituerit  
ephod: De animo & còsilio Gedeonis loquitur, quòd,  
si bona fecerit intentione (quo nomine Hispanus suã  
synagogam & cultus hypocriticos, seu Idololatrias  
potius, excusat) tamen peccatum fuisse ab ipso, pro-  
nunciat. Et quale hoc fuerit peccatum, in specie disertè  
dixit: Genus quoddam Idoli fuisse. Quid his apertius  
& manifestius Hispane? Non separat Augustinus, vt  
tu, negans esse Idololatriam, sed coniungit & peccatum  
esse à Gedeone, & qualis peccati species, nempe Ido-  
lum. Nihil ergo agis Sycophanta tuis præstigijs & ne-  
bulis, dissimulatione, occultatione, negatione in re ma-  
nifesta. Non potes fallere oculos vigilantium.

Illud verò quomodo non ineptum est, & absurdum  
adeoq; ridiculum se præbet Hispanus, vt re ipsa furio-  
sum se esse doceat: quòd mala fide, me Augustinum  
alio loco allegasse asserit: cum scripsi, eum veneratio-  
nem imaginum, inter hæreseis recensuisse: idq; proba-  
ri, & ex libri inscriptione, de Hæresibus, & ex verbis  
authoris, cumq; quod ad illa responderet, & se suamq;  
ecclesiam à crimine Hæreseos liberaret, non inueniret,  
in miser inquit: illū tantum priuatam in eo genere su-  
stitutionem cuiusdam Marcellinæ & Carpocratiano-  
rum commemorare. Quàm insignis ista Hispani est im-  
pudentia, cum summa eius vanitate coniuncta. Si enim  
proximè cõcessero, &c. Marcellinã istã solam, Christi,  
sunt: imagines adorando, in cõsumpção ponēdo coluisse:  
quid: an ideo immeritò inter hæreseis ab Augustino  
transfertur. Quia scilicet priuata tantum sceminae su-  
perstitio

perstitio fuit. An verò illa superstitiosa, quòd priuata:  
 Vos verò iam quia multi sanctuli id facitis publice, non  
 solùm verè sanctis, sed etiam fictitijs, qui in rerum na-  
 tura nunquam fuere, Dijs vestris, Christophoro dno,  
 Georgio, Catharine, & huius farinae alijs Dijs Romanis  
 sacra ista facitis, quòd illa priuatum, ideo Religio sit  
 tores Deorum: Commonefacit me Hispanus respondit  
 illius Pyratæ cuiusdam, ab Alexandro capti, què cum  
 interrogasset: Ecquid tibi fecit mare, quod illud infestum  
 habes: Respondisse perhibetur: Et quid tibi orbis ter-  
 rarum: An verò, quia ego exiguo nauigio id facio, pu-  
 rata: Tu autem, quia classe, Imperator diceris:

Quàm igitur iniquè comparatum est, quòd, cum de  
 idem faciunt, non sit idem: Quia Marcellina priuata  
 persona, & quidem fœmina, imagines Christi & Pauli  
 coluit adorando, incensumq; ponendo, superstitio dicitur:  
 tur: Iam quia multi magni, docti, sapientes, sancti vni-  
 uersa Christiana hæc Religio, & Catholica nihilominus dicitur  
 Ecclesia, ab Idololatria immunis: Sitis ergo secundum  
 Augustinum Marcellinistæ, à formina Marcellina,  
 aut, si vobis sexus sordet fœmineus, Carpocratianæ Hæ-  
 retici Papistæ, secundum non solùm Augustinum, sed  
 Ecclesiæ, tum Catholicæ, sententiam, qui, iudicio Ec-  
 clesiæ, Hæreseos sunt condemnati,

Hoc modo Hispano accidit, quod stultis, qui, dum  
 vitia vitare volunt, in contraria currunt, crimen, à se  
 suisq; Idololatriæ dum amoliri & depellere conatur,  
 Hæreseos admittere cogitur. Pudere itaq; Pontificios  
 Patroni huius debebat, qui adèò ineptè causam  
 agendo perdit, & longè reddit deteriorem, vt iam non  
 solùm idololatrias esse, sed etiam Hæreseos conuictos  
 & dam-

damnatos, videant omnes, Hoc acceptum ferant su-  
bulæ impudenti.

Postremò, hoc loco etiam negat, me potuisse ostens-  
ere, Augustinum taxare consuetudinem venerandæ  
reliquias, ideo noluisse ostēdere. Quia Epist. 118. quā  
ego in margine citaueram, maximè commendat ve-  
teres Ecclesiæ consuetudines, qualis ea, inquit, procul  
dubio est. Respon. Error est commissus à Typographo  
in numeris, propter aliquam numerorum similitudinē,  
quod etiam oculatissimis accidit, qui 118. expressit,  
cum sit 119. ex qua verba Augustini retuli, quod Hi-  
spanus ignorare non potuit, sed quia hinc calumniandi  
materiam habuit, cupidissimè eam arripuit vt pauperi-  
em suam proderet. Et quidem verum est, in vtraq; Au-  
gustini Epistola Ecclesiæ laudari consuetudinem. Tum  
autem temporis Ecclesiæ fuisse consuetudinem veterē  
adorandi (venerādī dicit Hispanus, molliori vtens ver-  
bulo, sicut de mortuorum inuocatione eadem vtuntur)

Reliquias, nihil Hispanus cunctatus, magna confiden-  
tia affirmat Qualis ea procul dubio est, inquit. Ego  
vero, eam procul dubio non fuisse, aio: sed damnasse id  
Augustinum probaui, dicentem: O serui Dei, milites  
Christi, Irane dissimulatis callidissimi hostis insidias,  
nam multos hypocritas, sub habitu Monachi, vsq;  
dispersit, circueuntēs prouincias, nusquā missos,  
quā fixos, nusquā stantes, nusquā sedentes. Alij mē  
Martyrū, si tamen Martyrū, venditant, &c. & oēs  
omnes exigunt, aut sumptus lucrosæ egestatis, aut  
salutæ precii sanctitatis. Et idem iterū: Non sit no-  
bilis religio cultus mortuorū. Quia si piè vixerūt, nō sic  
ambulant, vt tales quærāt honores: sed illū à nobis coli  
volunt

Spong. 58.  
Augustinus de ope-  
re Monachorum  
cap. 28.

Augustinus De  
vera Relig. ca. 53.

wolunt, quo illuminante lætantur meriti sui nos esse cõ-  
 sortes. Honorandi ergo sunt, propter imitationem, non  
 adorandi propter Religionem. Procul dubio ergo, in-  
 ter illa talia, Hispanæ, etiam hoc taxauit. Quod si ma-  
 ximè temporibus Augustini vñ fuisse recepta Reliqui-  
 rum adoratio, cuius tamen iam probauimus cõtrari-  
 Num ideo probanda? Minimè verò, vñ ita enim facta  
 sunt omnibus temporibus superstitiones, quæ præce-  
 tu pietatis & Religionis, primùm ab hominibus expo-  
 gitantur, deinde in consuetudinem abeunt. Huius  
 di multa inquit Augustinus, propter nonnullarum  
 sanctarum, vel turbulentarum personarum scandali-  
 deuitanda, liberius improbare non audeo. Quibus a-  
 dit Augustinus, Sed hæc nimis doleo, quia multa quæ  
 in diuinis libris saluberrima præcepta sunt, minus ob-  
 rantur. Et tam multis præsumptionibus, sic plena sunt  
 omnia, vt grauius corripiatur, qui per octauas Iudas (is-  
 licet à Baptismo) terram nudo pede tetigerit, quam qui  
 mentem vinolentia sepelierit. Quantopere sanctus vi-  
 perturbaretur & doleret, si audiret, hodie auicula vni-  
 us aut alterius cibum, hospiti serius aduenienti à cau-  
 pone propositum Sabatho, centum constare florens, &  
 præterea exauktionatione ordinis senatorij, adeoq; con-  
 sulatus: & sic capitis diminutione mulctari. Huiusmodi pec-  
 nitere nemo facile emet. (Sicut rusticus pyris & caseo  
 vespens simul, cum cibum hunc haberet in delicijs.)  
 Quod vbi, & quam nuper id factum sit, ignorare non  
 potes Hispanæ: idèq; vobis sit impulsoribus & stabella  
 Adulterium verò leuissimè puniri, imò à quibusdam  
 vix pro peccato haberi.

Inter huiusmodi: (pro qua voce vsus sum vocabulo  
 talis)

August. 1. 19. cap.  
 19.

memoria me fallente, qua in re tamen non magis  
 perere à me peccatum esse iudico, & absolutionem ab  
 Hispano peto) dixi etiam, tanquam sub genere. Reli-  
 gionum venerationem comprehendit. Quia, alibi ut di-  
 citur & probatum est, difertè eam damnet: cum tamen cras-  
 sa ista scelerotatria Pontificia, nondum vsu esset recep-  
 ta, quod successu temporis postea factum est, in immen-  
 sum vnà cum mortuorum ossibus, præter naturam au-  
 ctis, crescente etiam superstitione, quam Pontifices  
 Rom. confirmârunt & auxerunt, datis indulgentijs,  
 præsertim ad limina Apostolorum & ossa illorum, si-  
 cut genuina, siue adulterina, cõcurrentibus. Hinc ma-  
 nifestum est, falsi crimè, in citandis aliorum locis, à me  
 non esse admissum, ut falsò me Hispanus criminatur,  
 non habens quod verè mihi objiceret, ideoq; fingen-  
 dum, & mentiendum erat.

VIII.

Scribit homo vanissimus, plusquam centum in  
 spongia mea se annotasse mendacia. Item numeravi  
 in semel centum & nouem, quæ in margine habeo  
 notata, ut possim ostendere, si quis per ocium, & op-  
 portunitatem postulet.

Verùm, meræ nugæ sunt, & mendacia Hispani  
 indicis, nõ mea, quæ affingit mihi. Sicut Antilogias  
 colligere ex meis scriptis, & quod mala fide quædam  
 auerim, conatus est, quod probare hæcenus non pot-  
 est. mihiq; luculentam ab ipso factã iniuriam, demon-  
 strat. Talia sunt & hæc.

Ut quod primò annotat paginam 2. Confut. menti-  
 endum me, quòd dixerim, cum sua, nullo Scripturæ Sc-  
 G confir-